UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto chromatio [et] socijs mar. Cap[itulum]. xlv.[i.e. xlvii].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

quelam. Obtinuitq; rex partem corone ⁊ clauū dominicum: cuius tactus virtute puer habens manum aridam cum dextero latere ſanatus eſt. Obtinuit etiā fruſtum magnum dominice crucis: ſudarium domini: camiſiam virginis: ⁊ faſciam pueri ieſu: ac brachium ſymeonis ꝓphete. Rediēſq; domum dum eſſet in caſtro ligmedo: ipſarum reliquiarum virtute ⁊ cōtactu mortuus vnus reſurrexit. Deinde veniēs aquiſgrani ſanati ſunt egri: quaſi innumeri a diuerſis lāguoribus. Sicq; partem dominice corone cum alijs ſacris reliquijs ꝓmiſſis pariſius detulit: ⁊ ibidē honorifice collocauit. iij. idus auguſti.

## ¶ De ſancto tyburtio martyre. Cap. xlvi.

Tyburtius martyr rome paſſus eſt ſub diocletiano ⁊ maximiano imperatoribus: agente ꝑfecto vrbis fabiano. Cuiꝰ pater chromatius prefectus cū morbo grauiſſimo laboraret: ⁊ audiſſet quoniam trāquillinus eius attinens pater ſanctorum marci ⁊ marcelliani graui infirmitate detētus a ſancto ſebaſtiano conuerſus ⁊ baptizatus ſanitatē percepiſſet: vt ſupra dictū eſt in paſſione ſancti ſebaſtiani. xiij. kalen. februarij. Rogauit trāquillinū: vt ad ſe adduceret illū q̄ ſibi dederat ſanitatē. Cūq; ad eū veniſſent ſebaſtianus ⁊ preſbyter policarpus: ⁊ ipē pro ſui ſalute exoraret: dixit ei ſebaſtianus: vt prius oīa idola abnegaret: ⁊ confringendi ea ſibi poteſtatem concederet: ⁊ ſic ſanitatem acciperet. Qd cum ille licet multū renitens tādem annuiſſet: policarpus ⁊ ſebaſtianus accincti pluſq; ducēta idola confregerunt. Et cum ſic: nec chromatius liberatus eſſet dixerunt: quia ex quo ſalutem non perceperat certum erat: ꝙ aliqua idola reſeruauerat. Tūc īdicauit habere thalamū in quo erat omnis diſciplina ſtellarum pro quo pater ſuus ducēta auri pondera expanderat et per hoc futura omnia preuidebat. Et cum ſuadentibus ſanctis: vt ipm opus deſtrui cōſentiret: ⁊ filius eius tyburtius iuuenis opus: tam preclarum diſſolui cōtradiceret: tādem adhoc deuenit: vt duo clibani accenderent: vt ſi deſtructo opere pater ſuus ſanitatē nō ꝑciperet: ambo ſancti viui cōcremarentur. Opere ergo deſtructo angelus prefecto apparuit: ⁊ ipm de lecto ſanū eleuauit: ſicq; chromatius cū filio ſuo tyburtio ⁊ oī familia ſua numero. M. cccc. promiſcui ſexus fidem perceperūt: oēſq; baptizati ſunt. ¶ Poſt hec dum feruente perſecutione diocletiani ⁊ maximiani chromatiꝰ a prefectura depoſitus: cū multis xpianis in cāpaniā exilio actus eſſet. Filius eius tyburtiꝰ amore martyrij fragrans in vrbe reſedit cū ſctō papa caio continue ieiunijs et orationibus vacans. Qui die quodam tranſiens occurrit hoī qui de alto lapſus adeo caput et oīa mēbra quaſſauerat: vt iam de ſola ſepultura eius ageret. Et conuocatis ſeorſum parentibus indicauit eis virtutem noīs xpi. Atq; dum ſuper corpus hoīs lente dixiſſet orationē dn̄icam ⁊ ſymbolū apoſtolorū: ſanum ⁊ conſolidatū parentibꝰ reſtituit. Quos cōuerſos vna cū iuuene ad papā caiū adduxit: qui eos oēs baptizauit. ¶ Interea ſeuiente ꝑſecutione torquatus quidē xpianus qui apoſtauerat ſancto caio pape ſe callide ſociauit: ⁊ ſimulata xpianitate arte egit vt ipſe vna cū ſctō tyburtio orātes ab infidelibꝰ cōprehēderent: qui ⁊ fabiano prefecto preſentati ſunt. Et dū ꝯfeſtim torquatꝰ xpm negaſſet: ⁊ hoc idē tyburtio ſuaderet: ipſeq; magis xpm ꝯfiteret. Juſſit fabianus carbones accendi: ⁊ vt tyburtiꝰ: aut thura ſuper eos dijs imponeret: aut nudis pedibus deſup ambularet. Qui inuocato xpi nomine nuda planta ſup carbones incedens illeſus ꝑmanſit: quē fabianꝰ via lauicana extra vrbem eductū decollari precepit vbi ⁊ ſepultus eſt. iij. idus auguſti.

## ¶ De ſancto chromatio ⁊ ſocijs mar. Cap. xlv.

Chromatiꝰ martyr cū ſocijs ſuis martyrium paſſi ſunt apud cāpaniā tpibus diocletiani ⁊ maximiani imparorū: qui chromatiꝰ prius fuit vrbis prefectꝰ: ⁊ pater ſancti tyburtij ſupradicti: qui graui languore diudū preſſus a ſctīs ſebaſtiano martyre ⁊ policarpo pſbytero ſanatꝰ: ⁊ ad xpm cōuerſus atq; baptizatus eſt: vt ſupra ꝓxime actū eſt ī paſſione tyburtij. Cū aūt xpianorū pſecutio ſub prefatis imparoribꝰ ebulliret. Chromatiꝰ de conſilio pape caij cum multitudine xpianorū: ⁊ cū oī familia. M. cccc. numero ꝓmiſcui ſexus: vt pſecutionē declinarent in cāpaniā preterierunt: ibiq; degentes a diocletiano ꝓſcripti ſunt in exiliū ⁊ multa inopia afflicti in confeſſione xpi poſt lōgū tps in pace quieuerunt martyrio coronati. Quorum dies dormitionis ignoti ſunt: vnde ⁊ ſancti tyburtij paſſioni ſubdunt: quorū principalior chromatius pater ipſius tyburtij fuit.

## ¶ De ſancto chromatio epō Cap. xlviij.

Chromatiꝰ epūs aquileieñ. fuit: ⁊ claruit tēpore theodoſij īparoris: damaſi pape ſub cuius metropoli floruit heliodorus epūs altineñ. de q̄ ſupra actum eſt in eiꝰ geſtis. v. idus iulij. Jpe enī heliodorus hunc ſanctum chromatium viſitauit: ⁊